









1712.

11. Ludewig, Joannes Petrus: Differentias juris Romani
et Germanici in tabulis, testamentaria et legitima
- 12^a: Ludewig, Joannes Petrus: Differentias juris Romani
et Germanici in Tabulis, Testamentaria et Legitima.
3 Summ. 1713; 1746
13. Ludewig, Joannes Petrus: Fidei commissum et Legitimum
causis in fidei commissis fructuarius... respondet
- 14 Ludewig, Joannes Petrus: Differentias juris Romani
et Germanici in materiis tabulis... respondet
15. Ludewig, Joannes Petrus: Juris Romani et Germanici
Differentias... respondet
16. Ludewig, Joannes Petrus: Representatore et curatore
notarii
17. Ludewig, Joannes Petrus: Juris Romani et Germanici
Differentias... respondet.
- 18^a: Ludewig, Jov. Fredericus: De expensis litis actori
et reo submissis. 4 Summ. 1712, 1739 - 1746

19^a = ^{b.c} Ludovici, Jacobus Fritzerus : De legitimacione
in causam. 2 Sept.

20^a = ^{b.c} Ludovici, Jacobus Fritzerus : De restitutione rei
furtivae 3 Sept. 1712 = 1747.

21^a = ^{b.c} Ludovici, Jacobus Fritzerus : De actuarii praesentis
in acta testandi.

22^a = ^{b.c} Ludovici, J. Fritzerus : De anticipacione in
foro praesertim Saxonico.

VERITATE PRA
CTICA DIVERSTIONI
PER REVELLEN
VANTIA,
ACIONE

WILHELMO
BRANDENS

ALL
INGENIERS
HOTEL



1812
1813
1814
1815
1816
1817
1818
1819
1820
1821
1822
1823
1824
1825
1826
1827
1828
1829
1830
1831
1832
1833
1834
1835
1836
1837
1838
1839
1840
1841
1842
1843
1844
1845
1846
1847
1848
1849
1850
1851
1852
1853
1854
1855
1856
1857
1858
1859
1860
1861
1862
1863
1864
1865
1866
1867
1868
1869
1870
1871
1872
1873
1874
1875
1876
1877
1878
1879
1880
1881
1882
1883
1884
1885
1886
1887
1888
1889
1890
1891
1892
1893
1894
1895
1896
1897
1898
1899
1900



23
1912
15

IVRIS ROMANI ET GERMANICI DIFFERENTIAS,

OCCASIONE INTERPRETVM
AD PROOEMIUM INSTITVTIONVM IVSTINIANI, 12

135
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

MODERATORE CONFLICTVS,
D. IOANNE PETRO *Sudewig* Icto,
REGI IN CVRIA IVDICIOQVE HERALDICO EOQVE
SVPREMO A CONS'LIIIS, IVRIVM AC HISTORIARVM
PROFESSORE ATQVE MAGDEBVRGICI TABV-
LARIJ PRAEFECTO,
ORDINIS ICTOR. h. t. DECANO,

RESPONDEBIT
GODOFREDVS LENGNICH,
GEDANENSIS.

DIE XVII. MENSIS SEPTEMBRIS MDCCCXII.
H. L. Q. S.

HALAE VENDORVM,
Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. typ.



IVRIS
ROMANI ET GERMANICI
DIFFERENTIAS

AD PROLEGOMINA INSTITUTIONUM IURIS
OCCASIONE INTERPRETUM


RECTORIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO REGIAE SOCIETATIS ACADEMIAE
DN. IUDITHO WILHELMO
THESAURARIO CAESARIAE

NOTABILISSE CONSTITUTIO
D. GABRIELIS PETRI DE BAYREUTH
RECTORIS SOCIETATIS ACADEMIAE
SACRAE ROMANAE MAJESTATIS
PROFESSORIS ATQUE MAGISTRI IURIS
CIVILIS
ORDINIS IURIS PRAELECTORIS

RECTORIS
GODFREDUS LANGENIUS

DE IURIS ROMANI ET GERMANICI DIFFERENTIAS

LIBER VTERQUE
IACOBO CHRISTIANO HENCKELIO DEDICATA



V I R O
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
HENRICO RVDIGERO

L. BARONI AB

ILGEN,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

REGIS PORVSSIAE

RERVM CONSILIORVMQVE SANCTIORVM
BELLI ET PACIS

PRIMARIO ADMINISTRO,

PROVINCIAE MINDENSIS PRAESIDI,
CETERA,

MVSARVM PATRONO,

ET AEQVISSIMO APVD REGEM INTERPRETI,

DOMINO

MIHI MEISQVE INDVLGENTISSIMO,

CONSCRVAT

HOCHKLEINER
HIMMEL ET DENK
CLAVENSIS

V I R O
ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO,
D O M I N O
IOANNI MAVRITIO
L. BARONI A
BLASPIL,
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO
REGI PORVSSIAE
A SANCTIORIBVS CONSILIIS,
MILITARIS AERARII RERVMQVE BELLICARVM
ARBITRO PRIMARIO;
HALENSIVM MVSARVM
SVPREMO CVRATORI,
CETERA,
CLIVENSIVM COMMVNI ASYLO,
D O M I N O
MEO INDVLGENTISSIMO,

SPECIMEN ACADEMICVM
CONSECRAT

HVMILITER ET DEMISSE
HOCHKLEMMER,
CLIVENSIS.





DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI.

OCCASIONE INTERPRETVM (aa)
AD PROOEMIUM INSTITVTIONVM IVSTINIANI.

DIFFERENTIA I.

Maiestatis uerbo qui adpellandi?



ROmani, libera republi- *ad uerba:*
ca, MAIESTATIS nomine saluta- *imperato-*
runt maiores ordinis magistra- *riam maie-*
tus; neque migrauerunt fere *statem.*
hos mores in statu monarchi-

co [bb], quod ex legibus con-
stat: Germani schema MAIESTATIS, post impera-
torem, tribuerunt nemini [cc]; licet extranei et-
iam reges illud non solum sibi adrogauerint [dd],
sed etiam MAIESTATES REGIAE dicerentur ab aliis
ipsoque pontifice R. Superiori tamen seculo
principes Germaniae, cum uniuersim, tum sigilla-
tim curiae stylum mutarunt [ee], ut nunc reges
compellent omnes TITVLO MAIESTATIS. Imo litte-
rae ac libelli supersunt, ubi SIGILLA MAIESTATIS of-

A

fen-

feruntur electorum, ducum & principum imperii [ff]; &, quod magis est, ubi ab ipsis Romanis illi MAIESTATES nuncupantur [gg]. Stupeas forte [hh] utrumque, nisi nominis temperetur significatus. Hodie sibi nemo MAIESTATIS uerbum adrogat, nisi diademate idem fulgeat REGALI [ii]: ut adeo Romani PONTIFICIS MAIESTATEM aliqui [kk] frustra tueri uideantur.

Qui plura in differentis, quam in institutionibus? (aa) Ordinem sequimur institutionum. Quod uero in his non pauca desiderantur iuris argumenta, quae differ. 2. dissert. 1. p. 22. liss. m. notauimus, e re est uisum, differentias nostras intueri non minus interpretum & commentatorum iuris adpendiculas,

Salmastius notatus.

(bb) Magis audacter, quam perite hoc negat SALMASIVS ad Trebell. Pollion. in Gallieno c. 14. p. 227. 228. Qui ita sentit: libera stante republica Romana non solum populi Romani maiestas dicebatur, sed etiam consulis, praetorum & aliorum maiorum magistratum. At sub imperatoribus nusquam nisi de imperatore ipso nomen illud maiestatis in usu fuit. Nunquam igitur de alio magistratu aut dignitate, quam de principatu maiestas dicta est, nec aliae dignitates majestates appellatae imperatorum uero. Quo ipso CASAVBONVM refellit, qui stat ex aduerso. Dicam in hoc opinionum diuortio,

Maiestatis significatus principio uulgaris;

quid mihi uideatur. Principio maiestatis uerbo usi sunt Romani ut dignitatis & magnitudinis synonymo. Pertinet huc locus, quem alii non uiderunt, M. VARRONIS lib. 2. de rust. c. 5. p. 84. A tauris antiquit manus ita abstineri uoluerunt, ut capite sanxerint, si quis taurum occidisset. Noui, inquit ille, maiestatem hominum & ab his dici pleraque magna. Post autem uocabulo significatus accessit curialis, ut symbolum esset populi & reipublicae Romanae eiusque maioris ordinis magistratum. Ita foederum leges; ut maiestatem populi Roma-

post in curia datus maioris ordinis magistratus;

ni comiter conferuent, apud BRISSONIVM lib. 4. formul. p. 351.
 362. ita *consulis maiestas, maiestas praetoris, populi ac imperii*
Romani maiestas, aliaque in hoc genere formulae apud scri-
 ptores Romanos passim occurrunt, de quibus BULENGERVS lib.
 1. c. 33. de imp. Rom. Post, *curiali usu*, maiestas tantum tri-
 buta fuit *imperatoribus & Augustis*, ita tamen, ut non minus ^{coribus.} *impera-*
 illa daretur Caesaribus & imperii collegis, nostro loquendi
 usu, regibus Romanis. Quorum formulae pertinent lapi-
 dum & monumentorum N. M. Q. E. D. id est, *numini ma-*
iestatique eius devotus apud GRUTERVM *inscr. p. 246. n. 3.* & i-
 psi de se imperatores: *indultum nostrae maiestatis oraculum*
 l. ii. si quis C. de cohortal. *iudices, quos Augustalis maiestas*
dederit, l. 3. cum scimus C. ubi in integrum restituit. Vsu au-
 tem Grammatico, quin eo non minus tempore, quo rerum
 summa penes unum fuit imperatorem, maiestas quoque ad-
 hiberetur de magistratibus rebusque omnibus maioris mo-
 menti: cum ex aliis scriptorum locis patet, ubi *matronarum*
maiestas, maiestas orationis occurrunt apud SELDENVM de
 tit. part. i. c. 7. §. 3. tum etiam praecipue ex legibus Romanis.
 Solus PAVLVS, lectus, praetori maiestatem tribuit semel ite-
 rumque. Sic L. ii. *ius pluribus ff. de I. & I.* ait: *ubicunque* ^{grammatico}
praetor, salva maiestate imperii sui, ius dicere constituit, is ^{significatu}
locus recte ius adpellatur. Et L. 9. *si familia ff. de iurisdic.* ^{uox maneret}
 iterum habetur: *quia & hic, albo corrupto, contempta maie-* ^{hominibus re-}
stas praetoris vindicatur. Simili modo VELLEIVS *Paterc. lib.*
 2. c. 126. n. 2. de senatu dicit: *accessit magistratus auctoritas,*
senatui maiestas, iudicii grauitas. Quarum legum locorum-
 ue memor esse debuisset Salmasius, quod Pauli aeuum fuit
 Alexandri Seueri. Qui tamen, nulla in imperatorem iniuria,
 praetoris commemorauit maiestatem. Quid? quod Vell. PATER-
 CVLVVS lib. 2. *hisl. Rom.* sub finem scribit: *Tiberius Marabodu-*
um, inhaerentem occupati regni finibus, pace MAIESTATIS eius
(Bohemiae regis) dixerim, uelut serpentem coegit egredi, ut sen-
 tit GOLDASTVS lib. 3. c. 13. §. 8. de R. B. quamuis dubium sit, annon
 locus de Tiberio potius debeat intelligi.

A 2

(cc) Ex.

Imperatores
uero maie-
statis usi sunt
adpellatique
ab aliis.

(cc) Exemplis opus non est, cum haec sententia iuris publici doctoribus sit testatissima. Quae in singulis fere imperatoribus ordine collegit PEEFFINGETVS *lib. 1. tit. 4. §. 9. lit. a. p. 381.* Cuius uiri incredibili industria, in eruendis ac digerendis mediæ aevi monumentis adhibita, factum est, ut aliis fere iuris publici libellis carere queamus. Ipse enim singularia iurisprudentiae huius argumenta testimoniiis instruit firmatque non unis alterisque; sed a reipublicae principio repetitis continuatisque ex serie imperatorum, nunquam aut quam rarissime interrupta. Ceterum nemo haec ita accipiat, uelim, quasi imperatores quondam nostros pu-

Olim quoque
erenitatis &
dignitatis
Caesareae.

duerit, alio schemate uti, quam *maiestatis*. Nam obseruo in Caesarum diplomatibus, inde a temporibus Carolingorum ac Ottonum, alios eorundem *dignitatis imperatoriae*, alios *celstrudinis*, alios iterum *serenitatis* uel etiam *autoritatis & sublimitatis* epithetis gauisos fuisse. Forte, ut quemque sensus egerunt, mores, doctrina, scripti argumenti ratio aut etiam uoluntates administratorum. Quod uerum esse puto ad tempora usque Friderici V. Quoniam illo imperante litterae renatae fuere, cum iisque aevi Romani notitia. Ut adeo illis symbolis tum a principibus aliis imperatores uellent internosci. Quamuis circa eadem tempora, ex causis forte iisdem, alii quoque reges, schematibus aliis reiectis, uerbum *maiestatis* stabili quidem ac perpetuo usu, quae uellem distinxisset SELDENVS *part. 1. cap. 7. §. 9. p. 136.* legantur adsumpsisse. In uernacula tamen *maiestatis* uox serius audita fuit & nobis etiam probata, sententia LIMNAEI *ad capit. Rud. II. art. 32. n. 24. 25. 26. p. 528 529.* raro ante tempora Caroli V. Ante enim pro, *maiestas* Caesarea, in uernacula diximus *Kaysersliche Gnade oder Würde*. Sane uetustior interpres Germanicus uerba AB. in prooemio: *in folio maiestatis Caesareae* ita reddit, auf dem Stuel Kayserlicher mächtigleit, haud dubie, quod uox *Maiestat* nondum donata esset Germanica ciuitate. Tandem a seculo inde *decimo sexto* in mores iuit, ut imperatoribus *dignitatis & serenitatis* nomina fordescerent, sola-
que

in uernacula
uox Maiestat
serius longe
in usu.

AB. Maiestat
reddit Mäch-
tigkeit.

que *maiestatis* uox in usu esset cum domi, tum foris. Imo extraneorum regum litterae non sine indignatione reice-
rentur, nisi *maiestatis* uerbo Caesarem salutassent reges sub-
scriptores exemplum in Daniae rege habet THEATR. EVR. tom. 4. p. 445. Hodie certe formula haec, gentium quodam u-
fu, solennis est, ut reges ac principes omnes *maiestatis* uer-
bo Caesarem cum in litteris adpellent, tum in colloquiis.
Exhibet illas MVLZIVS, fide, ut uidetur, curiae publica part. 2.
c. 25. n. 80. 81. sq. p. 760. 761.

Hodie nefas
est, Caesarem
ab rege aliter
salutari quam
u-
erbo *maie-*
statis.

(dd) Distinguenda hic iterum tempora. Nam in me-
dio aevo nil noui est, quod *reges* his pariter formulis usu-
sunt: *supplex factus nostrae maiestati; implorauit maiestatem*
nostram regalem, regiae maiestatis praecepto tuemur, cetera.
Collegerunt illas FRESNEVS in uerbo *maiestas*; SCHILTERVS lib.
1. iur. publ. tit. 14. §. 8. & plenius iterum PFEFFINGER lib.
1. tit. 4. §. 9 n. 3. p. 385. 386. Galliae rex certe in uernacula an-
te usus est formula: *de nostre Royale Maiesté*, quod diploma
ap. LEIBNITIVM docet tom. 1. cod. p. 76. anno 1315. conceptum,
quam nostro fermone dici ita potuit imperator. Quod in-
telleximus in nota praecedenti. Imo idem *maiestatis* nomen
reges acceperere ab aliis, exempla Angliae RR. habes apud SEL-
DENVM Part. 1. de tit. bon. c. 7. §. 3. p. 336. & de regibus Bohe-
miae apud GOLDASTVM lib. 3. de regno. Prohem. c. 13. §. 9. p. 367.
ab ipso etiam Romano pontifice, quod comprobatur MABILLON
lib. 2. de re diplom. c. 7. §. 6. p. 90. Cui addere licet PIVM V. in
litteris an. 1570. ad regem Galliae scriptis, quae lib. 4. ep. 40.
p. 386. 387. habentur his quidem uerbis: *magnum in Etruria*
nos ducem creasse, maiestati tuae neque ignotum neque obscurum esse
potest, cetera. Imo idem ille papa regem quoque Poloniae
salutat nomine *maiestatis*. Neque aliis inter se moribus ho-
die uiuunt ipsi reges, qui se inuicem *maiestatis* uerbo in fer-
mone ac litteris cohonestant. Cum alios acquiescere prin-
cipes oporteat uoce Liebden. Quae cum ita sint, quare sol-
Germani regibus *maiestatis* nomen olim inuiderint, sub
stituto eius loco *Königliche Würde*, multi, aiunt, se uix
ad-

Reges usi uer-
bo *maiestatis*,
cum ipsi.

sum *maiestati-*
tis uerbum
acceperere ab
aliis, pontifice.

olim tamen
neque a
Germanis im-
peratoribus

adsequi coniecturis. SCHILTERVS existimat, quoniam ius uniuersalis imperii eminentius sit, quam ius regni alicuius. itaque imperatores sibi solis titulum *maiestatis reseruasse, nec illum regibus communicauisse, sed tantum *celsitudinis & *dignitatis, adde & *serenitatis regiae. Sed uereor, uniuersalis imperii praerogatiuam obscuram magis fore, quam causam negatae maiestatis. Alii imperatorem maiestatis uerbo indigna tantum illa regna habere, uolunt, quae olim uel paruerint imperio Romano uel quorum reges Germanico imperio nexu addidisti fuerint clientelari. Neque enim ullum hodie in Europa regem esse, qui altero horum non suspexerit Germanicum imperium. In altera certe classe uersari hodieque reges septentrionales. Iterum alii causam quaerere possent in defectu sermonis Germanici, qui efferre nescit uerbum maiestatis, quod dictum est superius. Credibilius esse uidetur, admonuisse aliquem imperatores nostros, ut Romani, quod ipsi uidebatur, iuris exempla imitarentur neque alios reges, principes aut magistratus uerbo mactarent maiestatis. Quod cum intellexissent ordines Germaniae, sui capitis uestigia sequuti, exemplum repete ex LIMN. *addit. ad lib. 5. iur. publ. c. 9. n. 6.* idem maiestatis uocabulum non solum regibus omnibus negauerunt, quorsum acta congescit PFEFFINGERVS *lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 3.* sed neque illud tolerarunt, ut uel legati de suis regibus loquerentur cum praefatione maiestatis, exemplo Dani apud GOLDASTVM *lib. 3. c. 13. §. 6. de R. B.* uel ex ordinum collegio aliquis latum unguem in hoc regum postulato cederet LIMNAEVS ad *capit. Rud. art. 32. n. 29. 30.*

neque ab ordinibus Germaniae,

(ec) Hodie &, ni fallor, a temporibus pacis Westphalicae mores migrauimus Germani. Anno enim 1645. cum Galliae rege in has leges conuenerunt electores; ut rex ab electoribus uerbo *maiestatis, electores a rege *serenitatis,* cum singulis fratris aut celsitudinis electoralis nominibus compellarentur, quam controuersiam tractat PVFENDORFF *Rer. Brandeb. lib. 2. §. 17. 20. 21. p. 68.* Hanc deinceps formulam aliis quoque regibus

Hodie reges omnes maiestatis uerbo adpellantur ab ordinibus cum uniuersis.

gibus omnibus dederunt electores ac principes imperii. Vt adeo hodie sine ullo discrimine ab Germaniae ordinibus cum uniuersis, tum singulis omnes reges *maiestatis* uerbo salutentur, quod exemplis uniuersim sigillatimque etiam de Russo-rum Czaro docuit PFEFFINGERVS *lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 6. p. 389. 390.* Qui autem in eo fallitur, quod pacis & foederum tabulas inter testimonia referat huius argumenti. Nam in illis formulis pari iure utuntur partes transigentes, neque est, quod una alteri hic contradicat. Cum quaelibet ibi auctor sit in rem suam. Deinde etiam eius generis tabulae ab administris consiliorum principis conscribuntur, quorum ratio loquendi, uulgo *cortelia*, ab ipsius principis schematibus ualde est diuersa. Exempli loco euoluatur LVNIGII *archiuum S. R. I. part. Quid de imperatore?* *spec. 1. p. 206. §. 10.* ubi in ipsa inter Caesarem & Sueciae regem conuentione Altranstattenli *sacra regia maiestas* Sueciae habetur: contra in confirmatione, quae p. 209. extat, eius loco alia longe formula utitur ipse Caesar, die *Besthaltung der alten Freundschaft / welche wir mit dem * Durchl. uel etiam Ihr Liebden / dem König in Schweden haben.* Ceterum GOLDASTVS *lib. 3. c. 13. §. 6. de R. B. p. 359.* quo fundamento alii uiderint, miratur, qui fiat, quod Caesar *maiestatis* uerbo reges alios salutare nolit: cum tamen non dubitet de se, qua Bohemiae & Hungariae rege his formulis uti: *die Königl. Kaiserliche auch zu Hungarn und Böhmen Königl. Maiestat.* Neminem uero adeo insolentem fore, qui Bohemiae & Hungariae regnis talia epitheta adrogare uelit iure quodam praecipui. Cum ipsa cum aliis uix locum eundem sustinere uideantur.

(ff) Principio illud est quam plurimis exemplis testatissimum, quod non solum principes electores, sed etiam *Quod imperii quidam principes usi sunt schemate maiestatis.* ordines alii passim litteras suas munierint sigillo, quod uocarunt *maiestatis*, mit *Großfürstlichen oder Churfürstlichen Maiestat Ingesiegeln.* Recitabimus illa formulasque eorundem summam. *Saxoniae electores sigillum maiestatis*, nullo non tempore habuisse, auctor est WICHAUS *Chron. Dresd. Part. 2. tit. 2. p. 173.* Das große Fürstliche secret, oder / wie man es da. 3) *Electores zumahl Saxoniae.*

zumahl genennet / das groß Maieftät Inſiegel ward nirgends anders / als zu Hofe verwahret. Superest memoria ſequentium. ANNO 1444. Friderici II. deß zu ewiger Bekännnuß haben wir Herzog Friederich unſre Maieftät und wir Herzog Wilhelm unſer eigen Ingeſiegel an dieſen Brieff hangen laſſen HORNIVS in iure feud. c. 22. §. 6. p. 520. ubi uiderur ſigillum maieſtatis inter praerogatiuas hic referri electoris, quod ſigillum ducis ipſi ex aduerſo opponatur. AN. 14 -- idem elector zu Orkunde haben wir unſer Groß, Fürſtliches Maieftät Ingeſiegel an dieſen Brieff thun hangen Illuſtr. AVCTOR Europ. Her. part. I. p. 117.

2) duces etiam Saxoniae.

ANNO 1456. & anno eodem dux Saxoniae Wilhelmus, quare modo dubitaueram, mit Fürſtlichem Maieftät Siegel MULLE-
RVVS in *annal. Sax. ad h. a. p. 37.* ANNO 1470. & luculentius 1476. Ernestus & Albertus in ordinatione politica, quae in *corpore iuris Sax. p. 11.* habetur, diß unſer Ordnung auf Pergament ſchreiben und unſer Maieftät Siegel daran hangen laſſen. ANNO 1468. haben wir Ernst unſer Groß Maieftät Ingeſiegel / daß wir Herzog Albrecht hiezu mitgebrauchen / laſſen hangen ap. uir celeberr. GRIBNERVM de ſig. maieſt. §. 6-10. Ducibus Brun-

3) duces Brunſuicensis.

uicensibus non minus maieſtatis ſigilla quondam familiaria. AN. 1501. Henricus ſenior *tho urkonde unſe Fürſtlike Maieſteten Ingeſegull an deſen bref doien hengen.* LVNIG *archiu. imper. tom. 4. p. 177.* De *Meklenburgensibus* ducibus pariter duo maieſtatis ſigilla laudat PFEFFINGERVS lib. I. tit. 4. n. 9. An. 1496.

4) duces Meklenburgens.

Magnus & Balthafares fratres to mereen groter Verſekerunge unſer beyder Maieftäten Ingeſiegel an deſen Breff don hengen. An. 1500. iidem: Heebben wy uch gemeldten Fürſten ein ichliker ſeyn maieſteten Ingeſegel to ende deſes Breves laten hengen. De Brandenburgico quondam electore res notior eſt, quam ut debeat commemorari. Scripſit de illius in hoc genere conſuetudine MAGIRVS archiorta libellum, qui latere dicitur in tabulario. Neque Germaniae tantum principibus haec ſigillorum epitheta ſolennia. Etiam de Campaniae Hugone ſcribit MABILLON *lib. 2. c. 7. §. 6.* quod *maieſtatis* titulum uſurpauerit in litteris an. 1114. conceptis; *maieſtatis noſtrae ſigillo conſignari feci.* (gg)

5) Campania comes.

(gg) In Germaniae principibus exemplum, praeter u- Principes ad-
num, non habeo. An. 1408. cardinales ad ducem Brunfui- pellantur uer-
censem Henricum his uerbis scripserunt: *Sicut illustrissim^o maiestatis.*
& incluyi uestri maiores indefesse fecerunt & similiter uestra
maiestas faciat, ut tam iustam & necessariam causam ecclesiae
curam capeffat. Exhibent litteras ACTA concil. Constant. Har-
dii part. 2. tom. 2. p. 66. Quid tum in animo fuerit cardina-
libus, uix adsequor. Nisi existimes, haec illos principis au-
ribus dedisse. Vel maiestatis uocem tanti forte non fece-
runt clerici. Quoniam praeful Lingonensis sibi eandem an-
1004. tribuit ipse in diplomate, quod exhibet Stephanus PER-
ARDVS in recueil de plusieurs pieces a l'histoire de Bourgogne
p. 67. uerbis, quae sequuntur: abbas adiens maiestatem no-
stram, humiliter precatus est, ut fratres praedictae ecclesiae
indulgentiam ei praebeant. Putauerim, episcopum ad eccle-
siasticam, quam habeat, potestatem auctoritatemque respe-
xisse. Alia exempla episcoporum huius insolentiae habet
FRESNEVS h. u.

(hh) In partes ire solent ICTI, quid sibi uelit maiestatis Quis finis fi-
uerbum, a principibus imperii adhibitum, recte riteque in- glorum ma-
terpretatur. Alii exinde sententiam dicunt: principes im- iestatis?
perii dignos esse nomine utuloque maiestatis. Ita CAREZOVIVS a) iura maie-
cap. ult. de non adpell. §. 76. n. 38. 39. & clarius SCHILTER de iu- stas.
re obsid. c. 2. §. 6. n. 20. in exercit. ad ff. Alii imaginibus prin-
cipum ornata sigilla maiestatis dicta esse, perhibent, ut ab in-
signibus heraldicis denent Wappen distinguerentur, ita HEINEC-
CIVS part. 1. l. 7. p. 77. Quae coniectura ualde est opinabilis. b) principis
Cum quod maiestates dictae sint principum imagines; tum icon.
quod re uera id sigillorum genus principem exhibuerit siue
stantem siue sedentem siue etiam equo uectum. Alii ma- c) magnitudo
iestatis hic uerbum idem uoluisse, quam maius aut magnum.
Adeoque magnum siue magnitudinis sigillum & sigillum ma-
iestatis grammatica erant synonyma, ita FREHERVS ad Andloum
lib. 2. c. 7. Supra enim dictum est, maiestatem dictam esse pro
magnitudine. Mea coniectura est, principes maiestatis uer- d) plenitudo
bo potestatis.

B

bo

bo hic ufos esse pro *potestate*. Partim, quod litterae, hoc genere sigilli munitae, uel res gratiae uel alias continent, quae ex plenitudine *potestatis principalis* uidentur prouenire. Id quod illarum argumenta sigillatim probant, quas *lit. ff.* recitauimus. Non enim *primum* nobis probatur. Quod in ipso litterarum textu nulla mentio maiestatis; quod ipsi principes hoc sensu maiestatem negarunt regibus, cum tamen id facere nefas fuisset, si adrogauissent sibi principes idem uocabulum; quod credibile non sit, plerosque Germaniae principes *maiestatis sigilla* uel semper uel tamen plurimum, neglexisse aut neglecturos esse in posterum, si persuasissent sibi unquam, tanta inde pendere iurium ac dignitatum momenta. Certe principis uix erit curia ulla, cui in usu sint hodieque *sigilla maiestatis*. Accedit, cum episcopi & Campaniae comes illis usi sint, uel ideo frustra esse de *politicae* maiestatis sensu coniecturas.

Hodie maiestatis non possunt reges tribuiur nemini.

(ii) Quamuis enim praepotentes & liberae respublicae plures sint, *Veneta, Belgica, Genuensis, Heluetica*, quarum aliae reges quondam habuerunt clientelares, pleraeque etiam uerborum schemata cum Caesare ac regibus gesserunt communia, quod dictae sunt, *superillustres, celsissimae, magnificae, serenissimae, inuidiae, gloriosae, excellentissimae*: ad *maiestatis* tamen symbolum nulla earundem unquam adspirauit. Quia imperatori ac regibus illud relinquendum putarunt, *iure* quodam *praecipui*. Perorabo causam hanc uerbis illius, qui integro uolumine Genuensium reipublicae *regiam* ad ferere uoluit dignitatem. Est is *Petr. Bap. v. regis* in eruditissimo libello de *dignitate reipublicae Genuensis*, in cuius capite X. p. 76. iudicium prodit, quod sequitur. *Solam * maiestatem nemo usurpare est ausus, quam Caesar & reges. Nam serenissimi iam duces etiam dicuntur. Et celsitudo, sublimitas, alique inuuli de gradu ferme sunt deiecti. Quodque miraberis amplius, uidebis identidem superioribus seculis in eadem epistola, Caesarem aut regem, modo * serenitatem, modo * maiestatem, modo * sublimitatem, modo * excellentiam, modo * celsi-*

consuetudinem, modo etiam nobilitatem adpellari. Hinc est, ut, post constantem ac diuturnam observationem, non longe absint ab illorum sententia. Qui opinantur, nibili olim habitos fuisse titulos & ad arbitrium cuiusvis scriptoris fuisse tributos. Quod si nihilominus aliquando argumento esse possint, tum demum fore arbitror, si coaeui tituli inuicem conferantur & scribentis persona consideretur. Videntur enim tituli suas quodammodo aetates habuisse. Et, certum est, scribentes, quo digniores, eo in titulis fuisse parciores. Quas condiciones in proposita quaestione seruaturi, eos titulos tantum ac eorum temporum colligemus, quos eodem aeuo Genuensibus fuisse tributos, reperimus. Habita ratione tribuentium. Ut aequales dignitate regio titulos Genuensibus accommodasse, ostendamus. Locum describere integrum uolumus, quod optime congruat cum mediū aeuī rationibus, tum nostris, quae supra prodidimus, argumentis.

(kk) Scilicet in medio aeuo exempla occurrunt, ubi Pontifex in pontifex Romanus uerbo salutat^{tantam amplitudinem sibi non adrogat} est a sacris anti-
 stitibus, quae collegit MABILLON lib. 2. de re diplom. c. 6. §. 6. non adrogat nomen maiestatis.
 hoc nomen dederunt. Ut adeo curiae Romanae parasitorum haec schemata sint, indignissima sane, quorum patrocinium fulcipiant Icti Germani, in iisque CARPZOVIVS de lege reg. c. 23. sect. 4. §. 17. p. 338. 339. & quos ipse nominat, alii. Absit enim, ut pontificem, qua principem Italiae & patrimonii Petrini possessorem pro absolutissimo domino, quae uerba PFEFFINGERI sunt lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 8. p. 390. 391. agnoscamus. Cum uel ex nouissimis Iosephi Caesaris aduersus eum postulatis constet; omnes papae ditiones esse & haberi in S. R. I. clientela. Imo hac in re papa sui conscius est, qui, in tanta ecclesiae Romanae magnitudine, quam Thomas STAPLETONVS libro singulari exponit, nullo unquam tempore sibi adrogasse legitur nomen maiestatis.

DIFFERENTIA II.

Qui maiestatis crimen committatur in alios post imperatorem?

Romani LAESAE MAIESTATIS crimine notarunt, ad uerba: qui maiestatem.

B 2

qui Caesaris laesissent officialem [II], comitem, ducem, senatorem: contra dubium est, an consulant reipublicae nostrae, qui ex eodem argumento adferere solent, laesae maiestatis crimine peccari in principes S. R. I. [mm].

Laesae maiestatis criminis peccatum in Caesaris officiales.

(ll) Quaestionem huc refert Ioan. FABER *com. Instit. h. 1.* Manifesta est l. 5. *quisquis C. ad L. lul. maiest.* Cuius uerba haec sunt: *quisquis cum militibus uel priuatis uel barbaris, scelestam inierit factionem, de nece etiam uirorum illustrium, qui 1) consilii & 2) consistorio nostro interfunt uel 4) cuiuslibet, qui nobis militat, cogitauerit, maiestatis reus gladio feriatur. Bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* Verbatim hanc legem exscribit conditor AB. *tit. 24. §. 1.* cuius summa est haec: *si quis cum militibus uel priuatis scelestam factionem inierit de nece uenerabilium & illustrium nostrorum & S. R. I. tam ecclesiasticorum, quam secularium principum electorum seu absterius eorundem (principum non electorum) nam & ipsi pars corporis nostri sunt, ipse quidem utpote maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* Inde concors fere ICtorum sententia, aduersus electores crimen committi laesae maiestatis, qua Caesaris consiliarios, consistorianos, senatores, milites. Ita Clarus, Bocerus, Arumaeus, Reinkingius, Carpzouius maxime in *crim. q. 41. n. 70. 73.* & centum alii uel AB. interpretes uel doctores iurium criminalium aut publicorum.

Dubia in collatione officialium Caesaris cum S. R. I. principibus. Quia a) territorium officio est maius. b) principes non electores

(mm) In legis hujus adplicatione, ad principes imperii electores, ICtorum non eadem omnium opinio. Alii putant, consultum magis fore rationibus nostrae reipublicae, si minimum aduersus principes imperii grauitas ex superioritate eorundem potius aestimetur, quam ex archiofficiis, quamuis facinus alio tum uerbo notandum sit, scilicet crimine laesae superioritatis, idque iudicio b. m. STRYKII in *usu mod. ad L. lul. maiest. §. 4. p. 691.* Alii causam l. 5. *C. ad L. lul. maiest.* propterea in Germanis principibus improbandam esse, perhibent,

bent, quod ita fiat, ut crimine hoc tum notari nequeat, ui-
olator principis non electoris. Cum tamen territorii, cui
imperet, non minus interfit, ut persona illius sancta habeatur.
Nisi uerba AB. *quia & illi de nostro corpore*, extendas ad om-
nes status imperii comitiales, quae interpretatio est CAR-
PZOVU *quaest. crim. 41. §. 41. n. 73.* Alii eum casum horrent.
Si forte princeps diffideat ab imperatore, tum uitam eius
exponi insidiis hominum scelestorum, qui existiment, a
principe manus non alia causa cohibendas esse, quam ne
laedatur eius nece imperator. Vt taceam, inconninum
esse, consiliarios aut milites Caesaris cum Germaniae prin-
cipibus conferri. Illi enim, deposito munere, homines fu-
erant priuati adeoque in illis sat grauis poena fuerat ordina-
ria homicidii: uerum principes nostri utroque nobis nomi-
ne sancti. Vno, quo in comitiis agunt suntque in societate
imperii; altero, quo suos regunt tuenturque subditos. Ex-
ulant quoque, nostra sententia probata, restrictiones legis
commemoratae in principibus. Dicunt enim interpretes: in
officiales crimine laesae maiestatis non peccari, si officialis
non sit in aula Caesaris CLARVS §. *laesae maiest. n. 5.* si reus,
consiliariorum nece, non damnum intendat ipsius principis
Rot. a VALLE uol. 3. conf. 1. n. 32. aut in odium nil faciat prin-
cipis & reipublicae DECIANVS *lib. 7. crim. c. 5. n. 4.* si causa of-
fensae non tangat rationes muneris & quae plura sunt eius
generis effugia, quorum praetextu reus ordinariam poenam
declinare posset in principis aut electoris parricidio, si qui-
dem illud in gratiam tantum Caesaris esset uendicandum.
Accedit tandem, quod omnia reatum genera, quae in Cae-
saris morte notantur, etiam reperire licet in principis terri-
torialis occifore. Peccat ille in personam occisi; peccat in
familiam; in rempublicam peccat, quibus omnibus ipse cul-
tu obsequioque est obstrictus. Et si quod iudicium feren-
dum fuisset de illis temporibus, ubi archiofficia electoribus
uel nulla fuerunt uel minus perpetua, Num ideo necem
eorum

officio quon-
dam desituti,

e) paterent ita
hominibus
scelestis uia, se
cum impera-
tore illis mi-
nus conueni-
ret.

d) officiales in
l. 5. C. ad L.
maiest. sunt
homines pri-
uati.

e) conclusiones
ex lege nostris
principibus
inconcinnae.

f) quilibet in
suo territorio
instar princi-
pis in imperio.
g) olim qui e-
lectores, non
iidem etiam
officiales.

B 3

eorum

eorum aestimauisses poena homicidii in aliquem ex fece ac plebe commissi? Verum haec in rene gratiam scholasticae.

DIFFERENTIA III.

*Armorum & litterarum de proedria contentio (**)*

ad uerba: Moribus iudicioque Romanorum arma togae
 armis de-
 coratam. cesserunt [aa] uel dubia fuit inter milites uirosque
 togatos de PRAECEDENTIAE iure contentio (bb). Ex
 aduerso apud Germanos gloria, bello parta, omni
 tempore maior fuit, litteris quaesita, laude (cc).
 Quamuis post, temporum superstitione, factum sit,
 ut primae darentur sacerdotio (dd). Quo pallii
 genere papa quoque inuoluit homines litteratos (ee),

*Argumentum
 b L. est incon-
 cinnum.*

(**) Hanc scilicet litem huc trahunt plerique interpre-
 tes. Quasi imperator in dictione, qua hic usus est, sibi pro-
 posuerit iuris proedriae inter milites & uiros litteratos fen-
 tentiam. Ita Angelus ARETINVS in comment. ad Inst. b. l. n. 2.
 philosophatur: *Quaero quae differentia inter militem & do-
 ctorem & qui alteri praeserendus? Et nullum dubium; quia
 doctoratus est dignitas; quia doctor legens xx annos sit dux &
 comes; quia doctor Caesaris dicitur antecessor; quia milites
 doctorum sunt executores tantum; milites opprimunt multos
 per calumniam Prou. 28. quia militibus non semper est opus;
 quia melior sapientia, quam arma Eccles. 9. quia Deus non in
 fortitudine equi habet beneplacitum & quae gerrae sunt gene-
 ris eiusdem. Quas repetunt sequunturque Ioan. FABER, ARV-
 MAEVS, VNGEBAVER; WESENBECHVS; HOPPIVS, alii. Verum nihil
 eius sibi proposuisse Iustinianum, sumus certissimi. Partim,
 quod ludere hic uideatur uerbo imperatoris, quod est mili-
 tare adeoque paradoxo instar sit: a milite discere praecipua
 iurisprudentiae, quod etiam auctor uidit GLOSSAE: deinde
 eius generis locutiones etiam occurrere soleant alibi. ONOSAN-
 DER in strategico pr. Res militaris Romanorum propria. Eo-
 rum, qui consulari imperio armati & militari decorati sunt.
 Eodem*

Eodem sermone VITRUVIVS *lib. 1. c. 1.* est locutus, quem laudat NAVDAEVS in doctissimo libro de *studio militari p. 19.* Etiam imperatores alii litterarios & forenses conflictus dignati sunt honore militari. *L. aduocati 14. C. de aduoc. diuers. iudic.* ubi uerba sunt haec: *Aduocati non minus prouident humano generi, quam praелиis atque uulneribus patriam milites saluant. Militant namque causarum patroni, qui spem, uitam, posteros defendunt.* IUSTINIANVS ipse de *cod. confirm. summa rei publicae iuris de stirpe duarum rerum armorum scilicet atque legum.* Vbi aliquibus ICtis imperator arma togae praefere- re ideo dicitur, quod animus eius fuerit *marialis*, apud HRI- GIVM *h. l. n. 12.*

(aa) Tuentur hanc sententiam fere omnes, quotquot *De Icti & do-*
ex instituto scripserunt de hac argumento. Sunt autem hi *ctorum ante*
LANFRANCHIVS; de HOMODEIS; P. EVSCVS; SVSSANVS; LAVTER- *militis hono-*
BACHIVS de *armis*; CHASSANAEVS in *catal. gloriae mundi part.*
9. conf. 1. LANCELOTTVS in *templo omnium iudic. lib. 1. c. 1.* TIRA- *re.*
QVELLVS *c. 5. n. 5. de nobilitate* FREHERVS ad *Anatolum. lib. 2. c. 11.*
Mich. PHARETRACTVS de nobilitate ad *stemma Brandsteinio-*
rum cap. 12. GOTHOPREDUS de *praecedentia militis & doctoris*
p. 18. ENENKEL de *privileg. lib. 1. c. 10.* MAIOLVS *dier. can. tom. 2.*
c. 6. G. VON HAGEN de *statu uerae nobilitatis & doctoratus iu-*
ris. CRVSIVS de *iure praecedent. cap. 31. 32.* IITERVS de *grad. acad.*
c. 6. plene planeque. Quorum loculos nolo excutere.

(bb) Singularia prorsus ea sunt, quae de praerogatiua *In utramque*
inter milites & uiros litteratos disputarunt *Gabr.* NAVDAEVS *partem argu-*
in libro de *studio militari*, qui utilis est & rarus *p. 12. - 35.* & *Tho-*
mas LANSIVS in *manissa consultat. a p. 40. ad p. 121. de proro-*
gatiuae certamine, quod est inter milites & litteratos. Uter- *menta.*
que enim causas sententiasque ueterum Graecorum & Ro-
manorum maxime conquisiuit, quibus moti sunt alii, ut lit-
teras armis; alii iterum, ut arma litteris praeferrerent. Un-
de satis constat, controuersiam hanc apud Romanos proble-
ma fuisse academicum, quod responderi potuit in partem
utramque. Scilicet ut requirentium uel audientium fuere
sensus, animi, tempora, loca, mores uoluntatesque. (cc)

Germanorum instituto literarum cessaverunt armis. Quia 1) ducis uerbum honestius uerbo doctoris.

(cc) Errat sane turpiter, qui in Germanis uel dubitare uelit: *arma litteris praelata fuisse*. Res ipsa loquitur & omnino aequo probata apud nos argumenta. Principio illud probe est considerandum, quod supremi in litterarum studio honores *magistri & doctoris*: contra militiae nomina *comes, dux, imperator*. Nemo autem tanta unquam peccauit audacia, ut ultima nomina cum primis uel conferret uel eodem utraque haberet gradu. Deinde Germanorum instituto factum est, ut dignitas, armis quaesita, ad posteros iret iure hereditario fieretque gentilitia: quod nullo unquam tempore contigit contingetque honori litterario. Familias habemus ducum, comitum, equitum, nobilium; non *doctores* aut *magistrales*. Praeterea ipsi uiri litterati testes sunt huius ueritatis. Dum nomina adfectant, militiae consecrata, pudetque illos titulum mineruae sacrorum. Scilicet moribus hodiernis, qui principi a consiliis togae est, illi fordet *doctissimi* uerbum hochgelehrt / mauult a natiuitate militum dici ingenuus Wohlgeboren uel strenuus & grauis Bester oder Gestrenger. Caspar a LERCH p. 16. n. 32. adeo ut, insignibus remotis, arma illi nunc adhibeant heraldica; & pallio deposito, incedant gladiati, instar militum. Nemo autem animi adeo excors, qui id, quod minus est, sibi honoris titulo uelit adrogare. Tum uiris litterariis uiae obstructae sunt plures ad *aulica* munera; ad collegia *sacra episcopi & canonicorum*; ad sacram ciuilemque *militiam*, quod ultimum obtinuit olim; denique ad imperialia torneamenta BRAVNIVS vom Abel. Europa §. 70. p. 714. BVRGEMEISTER p. 227. 385. Sed in templo mineruae omnes gradus patent nobilitati militari. Post militia apud Germanos quondam non mercenaria fuit, sed ipsi landfassi, imperii socii, arma sumpserunt, non a principe lecti aut iussi, sed quoties patriae id salus uoluit calculosque ipsi dederunt in prouincialibus comitiis, ut aras & focos tuerentur. Contra in aliis regnis milites uel mercede lecti sunt uel pependerunt tamen a nutu principis aut imperatoris. Tantum uero adest, hanc unquam faciem Germaniam habuisse, ut ex aduerso potius sit

mani

manifestissimum, quod nobiles landsassii tam in prouincialibus conuentibus, quam in S. R. I. comitiis suffragatores fuerint, quorum consensu opus fuerat cum Caesari, tum principi territoriali, quoties aliquid statuendum de re alicuius momenti. Frustra certe id negatur: quod tabulae loquuntur comitiales; quod numerus id exigit suffragantium in comitiis; quod ratio id uult Germanicae libertatis; quod de causa & tempore constat, quo mores hosce migrauerit Germania. Conferantur etiam, quae alii de iure nobilium in comitiis habent, *Cuspar Lerch a DÜRNSTEIN Bericht/ ob das H. R. R. Ritterlicher Adel ein Stand des Reichs sey. Mog. 1640. fol. Knipschild, qui sub nomine latere dicitur TREISBACHII Bedencken der Reichs-Rittersch. Stand und Session betreffend/ BYRGEMEISTER vom Reichs-Adel p. 4. 5. 225. 226.* Nihil eius sibi adrogare potuerunt unquam in Germania uiri litterati. Qui reipublicae non pars, sed officiales fuerunt mercenarii. Neque maior illis sparsa, ad quam potuissent aspirare. Et quamuis demum etiam ciuitatibus locus daretur in ordinum imperii conuentu: tamen infimae etiam nobilitatis honestior ibi fuit classis, ubi testimonium sufficit uel solius AB. quae in praemio mentionem facit: *comitum, procerum, *nobilium & ciuitatum SCHILTER iuris publ. lib. 1. tit. 22. TREISBACH l. c. BYRGEMEISTER p. 227. sq. BRAVN vom Heerschild des Deutsch. Ad. §. 7. seq.* Vt adeo legibus imperii aduersentur, qui senserint aliter. Tandem non obest haecenus dictis, quod tamen *nobilibus* praelati etiam sint *doctores*. Id enim causas habet prorsus singulares, quas etiam nunc aperiam. Scilicet postquam imperator & principes officiales suos, siue in toga siue fago essent, *landsassii* nobilibus praeferrent, factum est, ut uiri litterati, *doctoris & magistri* infula principis auctoritate conspicui, etiam honestiori loco haberentur, quam meri nobiles landsassii. Quasi & nomen mererentur principis officialium. Vbi tamen ad militiae iterum praerogatiuum hoc facit, quod *eques* fuerit honore antepositus *doctori*. Id est, pluris facta militiae munera; quam litterarum. Vt igitur *landsassius* nobilis, sine caractere, praefertur uiro *litterato*, gradu, quem

6) milites inter ordines S. R. I. comitiorum, non litterati.

7) praelati omnium temporum ciuitatibus.

8) atque doctoribus praelati equites.

quem uocant, non instructo: ita etiam primus, *equitis* uerbo militari instructus, omnino praefertur alteri, litteraria infula ornato *doctori*. Et uero quod *eques* nobili *landsassio* honestior sit, id propterea factum, quod ad *equestrem* quondam dignitatem nemo adspirare potuit, quam nobilis *landsassius*. Deinde etiam principi nefas fuit, reipublicae munera alii mandare, quam *landsassii*s, nequicquam peregrinis sine iure & privilegio ciuitatis. Ut adeo *landsassii* meri, nulla difficultate, loco cederent illis, qui praeterea principi a latere erant & uersabantur continuo in reipublicae administratione. Mansit uero etiam post is ordo, quam principes in arcanis status habere inciperent, peregrinos potius homines officiales habere, quam *landsassios*, uetustioris in ipsum principem iuris retinentissimos. Quod cum intelligerent *landsassii*, id egerunt, ut princeps omnibus *nobilibus* nomen daret *equitum*. Ut uel hoc intuitu officialibus litterariis anteferrentur. Atque haec causa est, quare *nobilium* & *equitum* uerba hodie in omnibus uere Germaniae prouinciis synonyma sint, quamuis hodieque in cancellaria imperiali distinguantur maiorque longe *taxa* sit *equitis*, quam *nobilis* adpellatio. Hodie leges Romanae, usus & aemulatio inter principem & *landsassios* omnia haec conturbarunt: ut confusio & permixtio iurium ac dignitatum omnes doctrinae regulas spernant, tantum abest, ut hic aliud quid dici possit, quam hoc: *quo Principum minor est auctoritas*, pristinis ordinum prouincialium limitibus circumsepta, *ibi maior ueteris praerogatiuae landsassiorum religio*. Contra, ubi princeps iuit extra cancellos, ibi etiam fere nomina expuncta & oblitteratae sunt imagines nobilitatis prouincialis. Cuius reliquias prae aliis dabunt *Frisii* & *Holsati*, alios taceo. *Ad extremum* uel tacito teste constat, Germanos litterarum ignaros fuisse. Et quamuis postea cum sacris Christi etiam in Germaniam uenerint mystae litterati: non tamen illi ad munera reipublicae obeunda sunt uocati. Potius *landsassii* etiam *iudices* facti sunt, usu, non institutione, iura docti. Olim enim *comitis* uerbum nobilem uoluit, *iuris dicundi auctoritate in pago prouinciae instructum*. Quod usui defuit, hoc ratio suggessit, iudicibus ingeni-

9) litterarum
non militiae
ignara Ger-
mania.

genita. Quorum ideo maior tum fuerat potestas, quam hodie, ubi omnes causae scriptis legibus definitae sunt. Quorum tanta nunc multitudo, ut iudicari manus, quae olim liberae fuerunt, hodie ligatae sint & uinculis adstrictae forensibus. Ut iam nunc iudices omni arbitrio careant sintque in durissimo legum famulatu. Taceo illa tempora, ubi iure docti omnes ex¹⁰) litteris patriae finibus proscripti sunt, quorum mentio facta est in *diff. i. differ. 16. prohibiti Ger. litt. gg.* Imo, quod ibidem ex lege publica patet, olim litterati non magi manibus non ministratus fuerunt, sed his tantummodo a manibus & consiliis. Quid? quod *litia*. nobiles landsassii omni tempore querelas mouerunt, interprete *Gasp. a 11)* curiae LERCH p. 10 n. 13. & qui idem monet *Ioan. Frid. ERVEAVFF cap. 17. §. Stylus part. 17. de nobilitate S. R. I.* cancellarias curiasque partium studio laborare in *un studio la-* minuendis militaribus honoribus augendisque litterariis, cum his scribae, *borar.* consiliarii & praefides plerumque sint addicti. Quorum etiam conferre licet opuscula *Eybeniana de plumbeo curiarum stylo & de uerbi nobilis adpel-* latione. Vltimum est, quod suprema in regnis munera necquicquam uiri litterati habuerint, sed milites aut militiae gnari landsassii. Ex illis *a 12)* *suprema* nim electi sunt *comites stabuli; marescalli; proreges; camerarii; maiores* *provinciae* domus; non ex his. Imo inter principum Germaniae semper praerogati *munera non* uas fuit alere *marescallum, camerarium, pincernam, dapiferum: non do-* *litteratorum.* *florem* aut uirum litterarium. Quod inter utrumque genus uitae quam plurimum uideretur interesse. Ceterum, quod supra diximus, *nobilitati* *Germanicae* ius suffragiorum in comitiis fuisse, hoc eidem reddi posset absque ulla difficultate. Postliminii causas petere liceret ab exemplo reducti Bohemici in comitiis suffragii. Classis post praelatos & comites adsignanda, ut, instar illorum, nobiles quoque suffragia darent per curias seu scamna, Suenicum, Franconicum, Rhenense. Sed manum de tabula. Quae haecenus dixi, illa in gratiam eorum suggererunt medii aevi monumenta. *De nobilitate* *S. R. I. au-* *ctores.* Alios tamen consulere possunt alii. In optimorum hic numero sunt *Lerch* *a* DVRSNTEIN, dummodo auctor genus dicendi haberet magis perspicuum & emendatum. In BRAVNIO iudicium in SPANGENBERGIO publici iuris notitiam desidero. In aliis copiam medii aevi monumentorum. In pluribus alienum a partium studiis animum. Quod litteris melius sit in ciuitatibus, quam in nobilium pagis: quod principes haec pristinae libertatis rudera inuidis aspiciant oculis. Primum KNIPSCHILDIOS, CREIDMANNOS, DATTIOS in transuersum egit; alterum LIMNEOS, BESOLDOS, SPEIDELIOS, EHRENBACHIOS. Pertinet forte hoc inter desideria iurium Germaniae publicorum, ut nobilitas tabularia aperiat homini, res patrias docto, penes quem procul essent irae ac odii causae, qui que non ex ingenio scriberet, sed digereret tantum medii aevi monumenta. Ceterum, ex quo duorum nunc generum in republica dignitates, iure meritoque cauendum est, ne una supprimat alteram. Linqumus sua loca nobilitati gentilitiae neque illius dolemus in litterarum studio neglectus, ciuibus forte non inutiles. Quod si uero laurum ex litteris quaerere uult

homo gentilitiae nobilitatis: par est, ut legibus Minervae & ipse uiuat nihilque iure hic adfectet praecipui. Eundem enim fontem & principem, habent & literarii honores & gentilitii. Sed rationibus distinctis. In alteris maiorum imagines regnant, in primis artes & ingenium. Neque schemata utrisque eadem sunt. Exponat candidatus opes suas, merita, titulorum ac munerum splendorem, consequetur haud dubie dignitatem gentilitiam: contra, litterariam non reportabit, nisi exploratis per examina profectibus, nisi laboribus exantlatis in litteraria arena, nisi publico instructus codicillo & quae reliqua sunt.

Præce, sentia
qui debeatur
sacerdotio?

(dd) Nemo irascatur principibus Germanis, quod primas dederint sacerdotio. In uis enim iuit error, plerisque gentibus communis, ut per sacrorum rationes sentire non liceret aliter. Quapropter medii aevi diplomata docent, principio eorundem subscriptores conspici clericos & sacerdotes ad infinitum ordinem usque, quamuis SPECVLATOR in ration. diuin. offic. lib. 2. pr. id improbet, cum post episcopos clerici nulli in dignitate sint, uerum in ordine tantum presbyter, diaconus, lector, ostiarius, psalmista: tum sequi demum duces, principes, aliosque proceres imperii ex ordine ciuili. Hiac in comitiis ecclesiastici principes dextrum latus absoluunt, sinistram seculares. Eundem ordinem principes electores seruant, non qua archiepi cellarii, sed qua sacri ordines antistites. Neque humanitatis officio id fieri, sacri mystae perhibent, uerum ex iuris diuini ac humani necessitate. Lepidae argutiae: *lunae solem, tenebris lumina anteferri*, sed in altero genere uersari clericos; deinde *ministros christi maioris* habendos esse, quam *regis aut principis*; porro sacerdotium *regale* dici, sacerdotes, *sal terrae, mundi lumen, patres & magistros*; potestatem eorum a Deo, non ab hominibus; clericos habere iura primogenitorum, instar Leuitarum NVM. 3. uers. 12. tum muneris argumenta in cura animae & coelestibus bonis uersari, quae omni inre huius seculi causis rerumque humanarum opibus sint anteferenda; praeterea *sacrum* etiam *codicem* suffragari in diuinationibus noui foederis, cuius ea futura sit dignitas, ut leones mitecant & principes sedeant ad pedes Gamalielis; demum non rectiorem cundi ordinem, quam illum, qui inter *coelestes* adprobetur, ubi ecclesiae doctoribus maxima dignitas seruata sit, similitudine facta a *stellis* primae magnitudinis; tandem *picture* ueterum conuenire, quae uitae aeternae hoc ceremoniale describant, ut prima elasis sit monachorum, quos papa & cardinales sequantur, hos excipiant episcopi, tum abbates, deinde presbyteri, diaconi, clerici, demum, post *caeteros* & ostiarios, imperatorem, reges, duces & qui nominari possunt deinceps. Adeo crasse hic philosophantur *doctores canonum, decretissae, moralissae, conscientiarum* rectores. Quorum naenias congegesserunt CHASSANAEVUS in *catalog. glor. mundi part. 10. consil. 10. 11. 12. 13. 14.* Aut de ROSELLIS de *prest. imper. & pap. 6. sacerdotium n. 3. DECIVS in cap. cum non ab homine X. de ind. PEREGRINVS lib. 1. conf. 84. n. 36 Petr. LENA-*

LENAVTORIVS de doctōrib. part. 3. quæst. 1. LANCELOTTVS in templo
 omn. iudic. lib. 2. c. 1. quæst. 1. num. ecclesiasticæ dignitates præferendas se-
 cularibus, Modest. PISTORIS uol. 1. consil. 51. n. 40. CRVSIVS lib. 2. c. 1. &
 lib. 3. c. 29. in quo tamen desidero caput singulare de præcedentia clericorum
 ante laicos. Quamuis uero hunc ordinem in phariseis improbauerit ser-
 uator; ipse ex aduerso docuerit discipulos iusseritque omnium esse ultimos;
 imo humilitatem, quæ in ethicis paganorum inter uitia numeratur, ipse re-
 tulerit inter principes uirtutes, quod Celsus ridet aduersus Origenem; demum
 suo etiam exemplo docuerit idem: non tamen subterfugia desunt ad probandum
 & defendendum. Scilicet ecclesiæ faciem nunc lætiorem; ecclesiã nunc re-
 gnare, non parere; in plantanda quod necessarium fuerit, cessare in planta; &
 quæ pigmenta sunt, specie inanium ualida, generis eiusdem. Nobis hac de re ita
 uidetur. Sacerdotes, si diuina oracula consulas, non classem singularem habere op-
 portet in republ. Instar eorum, qui p̄uata docent auctoritate, quod de sacerdo-
 tibus affirmat, olim absque ullo publicæ auctoritatis characterē instituentibus pop-
 ulum, uir illustris a CŒCCEIS cap. 18. sect. 1. §. 5 p. 390. Habent ergo ordinem
 illi singularem dignitatemque in republica non a Deo sed a principibus. In
 quorum arbitratu fuerat, seruatoris instituta sequi & ciuilibus officialibus pos-
 ponere eosdem uel his omnibus aut plerisque illos præferre. Olim ergo, si
 præcedentiæ iura spectes, christianæ reipublicæ fuerant bipertitæ omnes;
 quod primam classem clericis, alteram absoluerent laici. Verum hodie restitui
 fit, ut clerici laicis in eundo ac sedendo intermiscantur, pro muneris, quod
 quisque in utroque ordine habet, grauitate. Quo ipso illi admonentur, utri-
 usque ordinis tam sacri, quam ciuilis auctorem esse eundem, principem scilicet
 & reipublicam. Neque aliam honoris radicem & fundamentum cleri-
 cos habere, quam imperantis arbitratum. Hoc si cogitent, facile sedabunt
 aestus ambitionis, modo animi eorundem nonnunquam iactantur. Ceterum,
 cum Germaniæ episcopi fere omnes principum territorii exenti & ipsi con-
 secuti sint principatus, regalibus insignes; sæpe miratus sum, quare non, o-
 misso episcopi nomine, principis uerbo adpellentur, instar Dauidis, non a pro-
 phetia, sed a regno nominati. Soli forte hoc Leodienses obseruant, quorum
 antistes illis non episcopus audit, sed princeps, der Prinz in Lüttich. Circum-
 tulisse idem in animo Monasteriensem episcopum, ut, loco Bischöfliche Gra-
 den, instar aliorum principum, audiret Höchstfürstliche Durchlaucht. sermone
 habeo aliorum. Quid? quod uitio illis uerti nix possit: quod inter tympanum
 & buccinas conuiuentur; quod militum alant cohortes; quod reliquo gau-
 deant in palatiis suis adparatu. Dauidem imitati, non prophetam, sed regem,
 Regalium quippe & ipsi in suis territorii gaudent auctoritate. Aliis uero epi-
 scopis id facere nefas est, qui necquicquam principes territoriorum, sed ec-
 clesiarum tantummodo antistites. Addatur Matth. STEPHANVS lib. 2. de iu-
 risdict. c. 7. REINKING de regimine eccles. lib. 3. class. 1. c. 10.

(cc) Ratione profecto consultissima, ut hoc nexu litterarum cultores sibi Viri litterati
 manciparet, ne pontificalia proderent impeterentque arcana, Tegumenta ar- qui in nume-
 gumen-ro clericorum.

gumentorum sunt haec. Quod civilis sapientia sit res ^{sanctissima} l. praeses l. §. 1. §. 5. ff. de extraordin. cognition. quod & ipsae leges auctores habeant oracula, principum scilicet & muneris dicantur diuini l. 2. ff. de LL. quod magistri & doctores diuina manifestent mandata can. 12. dist. 37. ipsi Icti IUSTITIAE SACERDOTES adpellentur. VLPIANVS l. 1. ff. de iust. & iure inquit: *Celsus definit, ius est ars aequi & boni. Cuius merito quis nos sacerdotem adpeller. Ianus LANGLAEVVS l. serm. 5. p. 59. idem largitur aduocatis, a quo proxime abest hic KLOCKIVS de contribut. c. 15. n. 3. Gollationis inter Ictum & sacerdotem momenta plurima expendit prosequiturque Gerb. FELTMANNVS ad l. 1. ff. de iust. & iure. Eundem Ictis titulum deserit R. l. an. 1656 §. 157. Mehrermelkten R. Cammer-Gerichts-Beysehern wird diese anbefohlen/dass sie was ihnen als sacerdotibus und getreuen Boistehern der heilsam justiz, gebühret den geraden Weg hindurch gehen. Qua causa moti sunt doctores alii, ut statuerent Ictos, sacerdotum instar, instrumenta facere posse publica BERLICHIVS part. 1. concl. 23. n. 51. aduocatum, secretorum partis proditorem, tam acerbè puniendum, quam sacerdotem ita uiolantem sigillum confessionis, quamuis contrarium iudicatum esse, testetur Ann. ROBERTVS lib. 7. rerum iudic. 19. Hinc etiam est, quod schemata fere omnia Academiarum ecclesiastica & sacerdotalia sint, utpote nomen *decani, senioris, rectoris, ordinarii, infulas, pallii, annuli, cathedrae*, cetera, quae obseruatio est uiri illustris a COCCHEIS iurispr. publ. c. 3. l. n. 6. p. 471. Cui addere liceat CONRINGIVM antiquit. Acad. supplem. 67. p. 364. atque IITERVVM de gradib. Acad. c. 5. §. 7. p. 124. Imo onera etiam imposita esse doctoribus academicis, sub quo clerici ingemiscunt plerique, scilicet *coelibatum*, quod moribus Galliae firmat PASQUIER l. 3. des recherches de la France. c. 29. aliisque MENDO lib. 1. de iure acad. quaest. 4. n. 73. qui tamen iniquitatem rei & ipse uidet moresque hos, ne professoribus uxores sint, intra limites tantum continet doctorum theologias & decretorum Rectius academiae euangelicae. Vbi superstitio haec clericalis exultat. Nam professores ab aliquot lustris, pallio deposito, gladio accincti in publicum prodeunt conscenduntque ita cathedram, Idem faciunt ciues, studiosi. Neque illi atra uesite porro utuntur, ueterum canonum memores; ne & ipsi clerici adfectent singulares atque a laicis distinctos uestitus. Abstineant tamen sacerdotes a purpura & serico carentque, ne uestes sint uersicolores. Doctoribus tamen R. l. an. 1500. tit. 22. §. 5. 6. Ordinar. Polit. an. 1530. tit. 15. & an. 1548. 1577. tit. 12. largiuntur idem in uestitu pretium eundemque ornatum, etiam eorundem mulieribus, quem homines habent gentilitiae nobilitatis, Cuius hac in re aduersus doctores aemulationem in libellis, Caesari ideo oblati, docet IITERVVS cap. 11. dist. Acad. §. 23. 24. 25. 26. sqq. Et argumentum ex instituto ante responderunt Isaac. SCHOOCKIVS dist. de legib. uestiaris WALTHERVS de priuileg. doctor. §. 100. p. 285. & anonymi discursus de uestibus illorumque iure, dem Kleider-Recht Casellis impresso 1683. in 8k. qui auctor tamen maiorem iuris Romani rationem habet, quam Germaniae nostrae institutorum.*

CONSULTISSIMO CANDIDATO,

IVVENI MVSI MEIS AMICISSIMO,

S. P. D.

IOAN. PETR. Ludewig |

DECANVS.

FX uoluntate parentum tuorum ad supremos in iurisprudentiae cultu honores adspiras: sed uiam pandimus nos meritis tuis studiorumque tuorum bene compositis rationibus. Natura largitrice, ingenium tibi est promptum & luculentum: habitus deinde oris & uultus, ad decus dignitatemque formatus. Ne tamen gauderes fortunis tantum aut bonis alienis, ad natiua haec ornamenta industriam solertiamque attulisti in iurium colendis disciplinis: GIESSAE imprimis, demum in FRIDERIGIANA nostra magistros nactus es, quorum te non poeniteat fuisse auditorem. In his post fata HERTIVM nomino, herculem illum ciuili doctrinae in Germania; in maximarum uero rerum conatu, proh! morte praematura patriae nostrae praereptum. Quemadmodum enim laudatissimo uiro curae fuit cordique, ne peregrinae Latii leges ueteris Germaniae euerterent instituta aut cum his illae commiscerentur, ingenti iuris

ris & aequi perturbatione: sic in omnibus fere libellis, quos scripsit, id egit, ut nostrae reipublicae rationes distingueret a Romana & utriusque iuris ostenderet frequentiores dissensus. Quibus doctrinis cum apud illum tu fueris enutritus: iudicio statim tuo argumentum se probavit, quod in DIFFERENTIIS patriae & Latii uersaretur. MATERNAE TVTELAE doctrinam elegisti, quae primo quidem intuitu tibi sterilis & differentiarum uacua est uisa: post autem quam eius momenta expenderes uolueresque animo tuo, ita haec tibi se commendarunt, ut in hac arena certare uelles & laurum consequi iurium doctoris. Possum tibi optima quaeque diuinare in hoc utriusque iuris conflictu, cum, quod in priuato solennique examine recte riteque satisfeceris amplissimo ordini Ictorum, tum etiam, quod uires tuas in cathedra iura docentium iam ante quinquennium exploraueris adolescens, ut hanc eo promptius & fidentius nunc queas conscendere. Det benignissimum numen, ut aliae quoque fortunarum tuarum rationes cedant succedantque feliciter. Vale. Scripsi HALAE *pridie kalend. mensis Nouembr. clolcccxii.*





ULB Halle
003 140 849


3



TA-FL







23

1912 15

IVRIS ROMANI ET GERMANICI DIFFERENTIAS,

OCCASIONE INTERPRETVM
AD PROOEMIUM INSTITVTIONVM IVSTINIANI, 12

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO REGIAE DOMVS PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE PORVSSIAE, CETERA,

MODERATORE CONFLICTVS,
D. IOANNE PETRO *Sudewig* Icto,
REGI IN CVRIA IVDICIOQVE HERALDICO EOQVE
SVPREMO A CONSILIIS, IVRIVM AC HISTORIARVM
PROFESSORE ATQVE MAGDEBVRGICI TABV-
LARIJ PRAEFECTO,
ORDINIS ICTOR. h. t. DECANO,

RESPONDEBIT
GODOFREDVS LENGNICH,
GEDANENSIS.

DIE XVII. MENSIS SEPTEMBRIS MDCCCXII.
H. L. Q. S.



HALAE VENEDORVM,
Litteris CHRISTIANI HENCKELII, Acad. typ.

